1719, 14 ottobre P1.18

HORATIUS PHILIPPUS

Tit. S. Honuphrij S. R. E. Presb. Cardinalis SPADA Episcopus Auximanus.

ANimaduertentes Beneficium Simplex sub titulo S. Andreæ ad Altare olim SSmi Crucifixi, nunc Sacrarum Reliquiarum in Ecclesia nostra Cathedrali Auximana erectum, et de libera Ordinarij collatione existens, adeo tenuis redditus esse, ut oneribus illi annexis impar omnino censeatur, et propterea à R.do Joanne Petro Honorij de Staphilo sub die 6. Septembris 1674. ut in Libro Collationum d. Anni ad fol. 130. sponte dimissum in manibus Em.mi D. Card.lis Bichij Prædecessoris nostri, et quamuis ab eo S. post multos annos uacationis collatum R.do Joanni Felici Guarischerii de Auximo, eo tamen uita functo extra Romanam Curiam usque de Anno 1690. et pluries diuersis Clericis, prout accepimus, ab Em.mo D. Cardinali Pallauicino pariter Decessore nostro aliàs oblatum, à nemine acceptum, ab illo tempore citra uacauisse, et in præsenti quoque uacare, absque eo, quod eius onera ab eo tempore fuerint impleta, Ne diuturniori uacatione illius dos neglecta; et tanquam derelicta omnino pereat, neue pia Testatoris uoluntas præstitutis Suffragijs, ac prædictum Altare, et Beneficium debitis obsequijs diutius defraudentur, instante Curiæ nostræ Episcopalis Promotore Fiscali, de necessario, et opportuno remedio pro nostra solicitudine duximus prouidendum. Cum autem ob præfatam redditum tenuitatem nulla spes effulgeat aliquem Clericum illo instituendi, qui eius obsequia præstare uelit; Clericorum uerò Seminarium Cathedralis nostræ, ratione Collegij in hac Ciuitate Auximana nuper erecti, et eidem uniti, iura quædam habeat cum d. Beneficio communia, quibus uindicandis, seu tuendis necesse omnino sit hoc Beneficium præfato Seminario uniri, et incorporari, ac ita unitum, et incorporatum commodè possit iura sibi debita redipisci, uel conseruare, Nos utriusque iuribus tuendis, atque promouendæ utilitati studentes, præfatum Beneficium S. Andreæ, extra Romanam Curiam, sic, ut supra, uel alias quouis modo uacatum, et de præsenti quoque uacans, cum consilio DD. Canonicorum Seminario Deputatorum præsentium, et Nobiscum conuenientium, præmissorum intuitu, cum omnibus eius fructibus, redditibus, et prouentibus, et cum omnibus Iuribus, actionibus, honoribus, et oneribus suis eidem Seminario auctoritate S. Concilij Tridentini, et etiam nostra Ordinaria, ac aliàs omni meliori modo perpetuò unimus, adnectimus, incorporamus, et applicamus, ita ut illius realem, corporalem, et actualem possessionem, necnon fructus, redditus, et prouentus ijdem DD. Deputati per seipsos, uel per alios, seu per alium uigore præsentis decreti capere, percipere, et apprehendere nomine præfati Seminarij possint, et ualeant; Ac uirtute unionis, annexionis, incorporationis, et applicationis prædictæ memorati Beneficij fructus, quatenus facti debitis diligentijs exigantur, satisfactis priùs eius oneribus solitis, et consuetis, in utilitatem, et necessitatem d. Seminarij absque alia licentia, uel Decreto conuertere, et erogare liberè, ac licitè possint, et ualeant. Et ita decernimus, unimus, incorporamus, et applicamus non solum isto, sed omni alio meliori modo. Dat. Auximi ex Palatio nostro Episcopali hac die 14. Octobris 1719.

O. Card.lis Spada Ep.us Aux.nus

[illegible] Secr.

Istituto Campana Osimo ©

In Dei Nõe Am. Die sexta Junij anni millesimi septingentesimi decimi noni Ind.ne xij. Pontus autem Sm̃i in Xp̃o Pris, et D. N. D. Clementis Div. Prov.
P.P. xj anno eius xviiij. Cunctis ubique pateat, evidenter, et notum sit, qualiter sub hac pnti dicta die Rev.mi D.D. Can.ci Andreas Marroveli, et Joseph Ma-
ria Costici deputati Venerabilis Seminarij, sive Collegij huius Civitatis Auximi vig.re retroscriptarum Bullarum personaliter una mecum, ac infrascriptis testibus se
personaliter contulerunt ante Altare olim Sm̃i Crucifixi, modoq. SS. Reliquiarum, situm in Eccl.ia Cathedrali huius Civitatis Auximi, in quo adest erec-
tum Beneficium S. Andreæ, et iuxta formam, et tenorem dd. Litterarum Bullarum pñtm, et vim d. Ven.s Seminarij, cui d. Beneficium est Annexum, et in-
corporatum ceperunt veram, realem, actualem, et corporalem possessionem eiusd. Beneficij S. Andreæ, illiusq. Iurium, et pertinentiarum, ac obventionum universo-
rum, ac ubilibet positorum, et in signum veræ, realis, actualis, et corporalis adeptæ possessionis huiũ, prefati DD. Can.ci deputati ante d. Alta-
re genuflexi paululum orarunt, deinde surgentes Altare ipsum deosculati fuerunt, Tabellas, Tobaleas, et Candelabra amoverunt, et reposuerunt, aliaq. di-
xerunt actus in similibus fieri solitos, ac veram captam possessionem huiũ denotantes fecerunt, et gesserunt. Protestantes ijdem DD. Can.ci deputati, quod
per quemcumq. ipsorum exinde discessum, sive recessum, nõ intendunt d.m captam possessionem dimittere, sed eam semper animo, et corpore, nõ quo se
retinere, et conservare, ac meliori modo, etc. quibus Actum in supradicta Eccl.ia, et Altari ipso ibid. pñtibus Josepho Nardino
et mro Joe Cesoro de Auximo testibus ad præd. vocatis etc. Ego Joseph Salvius notus, et V. Can.ci Capitli rog.tus etc.

Benef.o S. Andrea

Istituto Campana Osimo ®

1719.

Card. Spada

Bolla del Benef.° di S. Andrea

F. — n.° 3.

Istituto Campana Osimo ®

1749

Carte del Benef.o [illegible]

F — n. 3

Istituto Campana Osimo ®